

Forfatter: Brahe, Tyge

Titel: BREV TIL: Sascerides, Gellius FRA: Brahe, Tyge (1592-03-14)

Citation: Brahe, Tyge: "BREV TIL: Sascerides, Gellius FRA: Brahe, Tyge (1592-03-14)", i *Tychonis Brahe Dani opera omnia (7. bind)*, HAUNIÆ MCMXIX IN LIBRARIA GYLDENDALIANA, s. 305. Onlineudgave fra Danmarks Breve: <https://tekster.kb.dk/text/letters-001573955-X02-shoot-L001573955X020039.pdf> (tilgået 02. juli 2024)

Anvendt udgave: Tychonis Brahe Dani opera omnia (7. bind)

Ophavsret: Materialet er fri af ophavsret. Du kan kopiere, ændre, distribuere eller fremføre værket, også til kommercielle formål, uden at bede om tilladelse. Husk dog altid at kreditere ophavsmanden.

[Læs Public Domain-erklæringen](#)

[Ex apographo Gellii Sasceridis in epistula d. 14 m. Mart. a. 1592 ad Io. Ant. Maginum data, in codice Bononiensi in Archivo Malvezzi dei Medici asservata]

TYCHO BRAHE AD GELLIUM  
SASCERIDEM.

.... Dicit non potest quam mihi gratum fuerit, quod intellexerim Excellentissimi et praestantissimi MAGINUM Patavium venissem, illicque aetivum festre confumere decrevissem, quodque Instrumentum illud Sextantis Astronomici, de quo ad te scripsi, per vos elaboretur. Spero enim vos aliquot Stellarum Observationes hac aetate illo intermediente illic obtenturos. An Organum omni ex parte rite coniet, distantiae et declinationes stellarum transmissae patefacient. Cuperem Altitudines Meridianas Solis, tum etiam Affixarum Stellarum, praesens. 306 fertim quae hic decliviores sunt, eodem diligentius observari, ut Refractionum ratio certius pateat. Eclipses quoque Lunares per Altitudines Fixarum illustrum fedulo notari, ut differentia meridianorum nostrorum innotescat, apprime consultum duxerim. Atque haec et familia ipsemet MAGINUS, etiam te absente, facile expediet. Si Planetarum quoque loca per distantias a fixis sideribus, ipsae praesens quae a nobis restituta Catalogus transmissus exhibet, subinde rimatus fuerit, utique quanta sit Coeli et Canonum Astronomicorum differentia experietur. Mars in ultimo Acronycho situ eundem ferme locum (digrediente ad ternos gradus Alphonfinorum calculo) caelitus designavit, quem rationes Coperniceae postulant, || nisi quantum in simplici motu Solis atque Aequinoetiorum praesensione ab eo aberratum est, cum alias o pernox faetus, intra unum vel alterum gradum, nonnunquam etiam piures, calculum Coperniceum eludat. Quod vero nunc tam prope confenferit, id causae fuit, quod circa Perigaeum Solis illi opponeretur; idque nostram Hypothesium caelestium restitutionem evidenter confirmat; praesens cum iuxta medias inter Apogaeum et Perigaeum Solare elongationes o Acronychus faetus, plurimum a Coperniceis numeris distentire deprehendatur, idque in diversas partes, prout Eccentricitatis infinuatio postulat. Idem in reliquis duobus superioribus Planetis usu venit, licet in his ob orbium magnitudinem minus sentiat. Concurrent tamen et aliae quaedam causae, ex commensuratione veterum, adeoque ipsius COPERNICI, non satis accurate instituta; quae omnia non est huius loci extricare.

In operibus meis perficiendis excudendisque nihil hac aetate laboratum est, ob varia impedimenta et avocamenta minus grata; si hiems tranquillius et exoptabilius otium praebuerit, favente caelesti Numine, inchoatam telam pertexam, posteaquam cum praesentissimo MAGINO alijque in Italia eruditis Philofohis id, quicquid erit, lubens communicari curabo. Si interea ipsius opera Privilegia a Pontifice et Duce Mantuae alijque Italiae proceribus, quotquot impetrare licuerit, prout benevole pollicetur, obtinero, rem praestiterit mihi summo acceptam omnique gratitudinis significatione compensandam.

Canonem Radicum Quadratarum, quem molitur, avide desidero. Scio equidem tali ratione Tangentium ac Secantium Tabulas excufari posse, an vero promptiori compendio, nondum dixerim. Scripsissem ipsemet nunc MAGINO, sed ad matrem Aulae magistrum (quae apud Reginam Fridrichsburgi diutius quam sperassem haerens, et proprijs commoditatibus destituta minus prospera || fruitur valetudine) avocor, et pleraque alia, quae me a scriptione retardant, nunc incidunt obstacula. Interim eximium hunc et magni nominis Virum, qui mei, ut non obscure, tum ex ipsius tum etiam tuis litteris perspexi, est amantissimus, s. 307 meo nomine diligenter refalutare, omniaque grati et benevoli erga ipsum animi officia sincere offerre ne superfedas. Quamprimum otium et oportunitatem commodiorem naetus fuero, illi scribere et de rebus Astronomicis cum eo ulterius conferre (ex quo videam eum earum tam gnaviter cupidum, quam excellenter peritum) non intermittam.